FRANCKESCHE STIFTUNGEN

DFG

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Brief von August John an August Hermann Francke.

### John, August

### Jena, 23.02.1720

### Franckesche Stiftungen zu Halle

Shelf Mark: AFSt/H C 209 : 26

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-238048

Visual Library

[209]

Jenæ, Februar. XXIII.
CIƆIƆCCXX.

26

VIR summe Reverende,
Parens atque Præceptor o-
mni obsequio et cultu co-
lende.

Sunt omnino ista, quæ scribis: nec benignitas DEI ad incitas redigitur. Rem equidem totam, tanquam dubiam, Deo permiseram. Nunc autem cum TUÆ me literæ certiorem reddant, adventum meum flagitari, quid aliud possum, quam me totum divinæ illi curæ tradere, quæ mihi se tantopere commendat. Itaque constitui, Domino volente, Berlinum denuo, idque propediem, videre. Tu quæso, VIR summe Reverende, si forsan hoc opus videbitur, significare velis, hanc mihi

sen-

sententiam stare. Ut certiorem aliquem expensis modum statuam, constitui, nisi coelum hibernum omnino repugnabit, postridie Domin. Oculi, qui dies erit IV. Martii, in viam me dare. Significo autem, necessarios meos Mulhusinos ardenter à me petiisse, ut, quoniam nunc in propinquo loco verser, ad se venire ne gravari velim. Quibus an satisfacere mihi nunc integrum sit, Tuum, VIR summe Reverende, expectabo iudicium. Neque enim vel tantillum à viâ illâ divinitus ostensâ divertere volo, nisi plane illud liberum sit. Deus TE servet, VIR summe Reverende, quo, sicut mihi toties ὄργανον es divinæ benignitatis cognoscendæ, ita multis

tis quoque aliis porro magno gau-
dio atque emolumento sis, diuque
talis vivas! Quae inter vota sem

Tuus

omni cultu et ob
sequio
Augustus John.

Franckesche Stiftungen zu Halle

A Monsieur
Monsieur le Pro-
fesseur Francke
a'
Halle.

Francke'sche Stiftungen zu Halle